Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift



84

Accepit autem aurelianus castrum mediolanen
se. quod a longobardis obtinuit. Concepit autem
et peperit Brunhilda filium. quem cum sacro bap
tismate uelle consecrare non acquiescebat ei.
Nec diu enim unum dimicetur credebat. Regina
enim cotidie illum predicabat eum. at ille nolebat
ea audire. Interea regina parat filium ad bap
tismum. ornat ecclesiam uelis atque cortinis. ut cor
regis adcredendum compungere. Baptizatus est
puer quem incomitij uocauit. qui in albis abdisces
sit. Unde rex nimis contristatus. reputabat re
gine increpando dicens ad eam. Quia si in nomi
ne deorum meorum puer dicatus fuisse. utique
incolomis diu uixisse. quia in nomine dei uiui bap
tizatus est uiuere non potuit. Regina illi dicebat.
Do gratias ago. quia me non duxit indignam. ut de uiro
meo primogenitum in regno suo recipere sit dig
natus. Ego autem nullum dolorem in corde meo. p
hac causa retineo. Postea illum alium genuit filium.
quem in baptismo Clodomirum uocauit. Et hic cum